Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift



50

orientis cuncta. & duobus regibus sese gessisse
ipse pompei narrauit. Hic gestis in asia
se recepit. & finem antiquissimo bello dedit.
Marco tullio cicerone oratore. & gn
antonio consulibus anno urbis condite dcxxo
lxxxxmo nono. l. sergius catilina nobilissi
ma generis uir sed ingenii praauissimi
ad defendendam patriam coniurauit cum quibus
clarissimis quidem sed audacibus uiris. a cicerone
urbe expulsus est. socii eius deprehensi in car
cere strangulati sunt. ab antonio altero
consule catilina uictus prelio est. & interfectus.
Sexcentesimo xcmo anno urbis condite deci
mo uimo silano & lucio murena consulibus.
metellus de creta triumphauit pompeius
de bello pyratico & mitridatico nulli
umquam pompa triumphi similis fuit. Duc
ti sunt ante eius currum filii mitridatis fi
lius tigranus & aristobolus rex iudeorum.
plata est ingens pecunia auri atque argen
ti infinitum pondus. Hoc tempore nullum
per orbem terrarum graue bellum erat. Anno